



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Libri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

principaliter in eorum fauorem. Confirmatio enim habet vim priuilegij, cui potest renuntiar.

\*Vide *Ang. V. statutum nu. 21.*

31 Papa confirmans statuta, intelligit, modo sint conformia iuri communi, aut ab eo non valde aliena.

32 Statutum Episcopi non ligat subditos extra Diocesim delinquentes.

33 Statutum durat etiam mortuo statuyente, & statutum Capituli Sede vacante durat, donec ab Episcopo reuocetur.

\*Vide *Syl. statutum num. 9.*

Addit. 3 Lex poenalis non obligat in conscientia ante sententiam *Salon. 2. 2. q. 62. q. 3. cum Caiet. D. Thom. & communi, contra Castrens. vide*

POENA.

Lex cessat, si ratio legis in communi cesset: non sufficit autem cessare rationem in actu particulari. *Couar. c. cum esses, de test. n. 9.*

#### L I B R I.

1. **L**ibri, & Tractatus Astrologiae iudicialis, Geomantiae, Chiromantie, &c. Magiae, Sortilegiorum, Auguriorum, &c. ne legantur, sed dentur Episcopis, vel Inquisitoribus. *Ex bulla Sixti V.*

#### L I T T E R A E.

1. **L**iteras alienas aperire, & legere, mortale est, nisi sis scribentis Superior, aut facias.